



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

1 Vult jus ne statuat successorum sibi præsul.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

sivit, seque latenter deponi voluit. Nunquid a Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conficeret, ad gravem & laborem se alibi cum fructu servavit: fortis etenim praeliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsit.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viventibus Episcopis ab ipsorum substitutione, & quando non.

QVÆSTIO II.

Quod autem iste valetudine recepta suam possit reparare caudam, nulla auctoritate rationem habetur. Celebrationem vero sacrificiorum, si e infirmitatis causa dimiserit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.

C. I. De quodam Presbytero, qui aduico morbo laborabat.

Unde Alexander secundus scribit Gebonardo Vivariensi d. Archiepiscopo.

In tuis literis continetur sic. Hic clericus ordinem habet Presbyterii: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi in presbiterium hoc agnovimus, non ausi fuimus concedere sibi, ut offerret, vel Missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo delibera vimus. Consulimus itaque, ut si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, ut in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si verò Dei misericordia convalescit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare jam non interdiciamus.

C. II. De Aregimine suspendente ecclesiam, qui in terram frequentat eliditur.

Item Gelasius Papa Rustico & Fortunato Episcopis.

Nuper Foropopulensis f. ecclesie clerici, una cum Sabino Episcopo, & Pelagio, & laicis propria suggestione referarunt, presulatum suum gravi quadam necessitate vexari, cujus eum dicerent ineuritione frequenter visum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, præcipue, cum eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem vestram scripta diximus, ut ecclesie, cujus rector tali casu tenetur astrictus, visitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipse venit huc pontifex, falsaque omnia de se jactata, disseminat, sub divini contemplatione iudicii, vestraque conscientie, exilimationisque respectu, rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet, vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repente collapsus, vocesque dedisse confusas, & spumas ore jactasse, quanta fieri potest examinatione queratur. Quod tamen, si non possit aliquorum factum testificationem firmari, si non nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius agendum est. Faciarem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno pontifici, ut eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque caribus indifferenter uti necessaria probatione compellas.

¶ Triginta in duobus vetustis codicibus legitur, octuaginta.

a al. unquam. b q. gravis labore ad laborem. orig. c al. quous. d al. Viennensis. e luo p. 6. c. 407. f al. Foropopulensis.

CAUSA VIII.

Vidam Episcopus agens in extremis, sibi ex testamento instituit: unde sacrosanctum patrocini in eundem episcopatum post electionem pro idoneitate ecclesie iuramentum præbuit: accusatur de fornicatione quam minus ab obsequio præstitit: ante tempus fornicationis sus derelinquitur: sine literis Apostolicis a ad suam revertitur Episcopos.

- 1. Hic primum queritur, an liceat Episcopo sibi successorem constituere.
2. Secundo, an amicorum patrocini in electione debeat considerari.
3. Tertio, an sit habendus Simoniacus, qui post electionem modo iuramentum canonicum præstat.
4. Quarto, an liceat clericus ante sententiam tempus ad Episcopatum discedere.
5. Quinto, an sine literis Apostolicis debeat rēditiō ad ecclesiam.

QVÆSTIO I.

Quod autem Episcopo successorem sibi instituit, non ex verbis Zacharie c. Papa conjicitur, sed ex quibusdam Archiepiscopis permixtis adiutoribus successores, qui ei defuncto in plenitudinem potestatis successerunt. Ex verbis Symmachi Papa dicitur: [Si d. translati] quos successores veneris, ut de sua electione successores non possit aut dicitur, & apparet, quod Episcopi successores sibi institui possunt. Item exemplo B. Petri illud ius præbuit, qui hunc in mentem sibi successorem instituit.

C. I. De quodam Petro Linum & Cletum adiutores sibi instituit, sed Clementem successorem.

Unde Ioannes tertius scribit Episcopo Germanico Gallicis, epistola xvi. c. 2.

¶ Petrus princeps Apostolorum adiutores sibi instituit, aut solvendi, aut ligandi eis normam tradidit. Successori suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente sibi Petro, tenere promeruit. Linus vero & Cletus ministrabant exteriora: principes autem Apostolorum in verbo & orationi insiltebat.

C. II. PALŒA.

Vnde ipse Clemens in epistola f. ad Luciam thesaurarium missa, inter cetera scribit, quod Petrus ad hunc in Clementem in Episcopum elegit.

¶ Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vixit, in presentia, apprehensa manu mea repente confusus, auribus totius ecclesie, hæc protulit verba: * Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mox prodromus & doctrinæ cathedram trado: quem præ caritate perus sum Deum colentem, homines diligentem, studium, discendi studii deditum, sobrium, benignum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei influuntur, injurias.

Sed in Antiocheno concilio hæc eadem sibi prodromus in 119 q. 10 c. 23. sic statutum legitur.

C. III. De Episcopo successore suo constituto non licet.

¶ Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vite perveniat.

a al. Apostolici. b al. Apostolici. c Sup. 4. p. 1. d Distinct. 79. f. transitus. e An. l. 1. cap. 11. f. tit. 1. f. An. l. 1. c. 23. Clemens epist. 1. g. Omniaque hæc verba. g. Poly. l. 2. tit. 7. An. l. 6. c. 27. Bar. 2. l. 1. cap. 11. p. 1. cap. 302.



Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Servetur autem jus ecclesiasticum, id continens, non oportere aliter fieri, nisi cum synodo, & iudicio Episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum, qui dignus extiterit promovere.

C. VIII. *¶* Episcoporum In codicibus Græciani etiam manifestum patet, quod electionem clericorum: qui sunt expuncti, quia neq; in originali, neq; apud ceteros collectores legitur.

C. IV. *¶* De eodem.

Item ex concilio Martini Papæ 4. c. 2.

Episcopo non liceat ante finem vite alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & iudicio Episcoporum, qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignam eligent.

C. V. *¶* De eodem.

Item Hilarius Papa in Synodo Romana c. 6. 5.

Perique sacerdotes, in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod, quam grave sit, statim. Atq; ideo si placeat, etiam hanc electionem generaliter de ecclesiis auferamus: ne, quod turpe dictum est, homini quisquam putet debere, quod Dei est. Ab universis acclamatum est: Hæc præsumptio nunquam fiat. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt.

¶ Atq; ideo Hæc usq; ad versos. Ab universis: addita sunt ex ipso concilio, Anselmo, Polycarpo, & Ivone.

C. VI. *¶* De eodem.

Item Hieronymus ad Titum d. c. 1.

Moyses amicus Dei, cui e facie ad faciem Deus locutus est, ponit utique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus: ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vite. At nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, ut non quarant eos in ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant ecclesia prodesse: sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequii delinuti, vel pro quibus majorum quisquam rogaverit, & (ut deteriora taceam) qui ut clerici herent, numeribus impetrant.

C. VII. *¶* De eodem.

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16.

Apostolica auctoritate prohibemus, ne quis ecclesiis, & prebendis, præpouituras, capellanias, & aliqua ecclesiastica officia hereditario iure valeat vindicare, aut expostulare presumat. Quod si quis improbus aut ambitionis reus attentare præsumperit, debita poena multabitur, & postulatibus carebit.

Item omnia auctoritatibus, prohibentur Episcopi successores sibi instituire. Sed aliud est de sui successoribus cum fratribus delibere, aliud est ex testamento, tanquam sua dignitate heredem sibi querere. Aliud fieri permittitur: hoc autem peritus prohibetur. Aliud autem beati Petri, Apostoli ad illud valet in argumentum assumi, quod tales sibi substituant, qualem sibi successorem beatus Petrus quaesivit. Verum, quia essent non sic, sed sanguini copis deferri, atq; ad Episcopatum tales quisq; sibi successores querere caperit, qui vel ad ipsi populo, vel à plebe docendi inveniuntur: idcirco sacris canonibus statutum est, ne qui sequar sibi sui officii querat successor: sed populi.

a Id est in capitulis Martini Bracarensis, cap. 8. *b* Burch. l. 7. c. 157. *c* Ivo p. 1. c. 203. *c* utiq; ex concilio Spalensi. *d* Polyc. lib. 2. tit. 11. *e* Anf. l. 6. c. 56. *f* Ivo p. 1. c. 104. *d* In omnino, ad ea verba. *e* & constituta per civitates presbyterum. *e* Exod. 33. *d* iudic. 27. *f* Rom. l. 6. c. 22. *g* al. capellum.

electione quaratur, qui eorum utilitati digne deserviat, qui illorum utilitatem, non sua lucra quarat, qui Christo semen velis suscitare, non sibi divitias congregare. Quod qui facere contempserit, iure ab ecclesia repudiatur.

C. VIII. *¶* Qui sibi, & ecclesia prodest, utroque pede calcatus intelligitur.

Unde Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 32. cap. 10.

Olim iustus est frater pramortui fratris uxorem ducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret, ejusque vocaret nomine, quod inde nasceretur. Quod si recusaret, discalceatus uno pede conspui solebat in faciem. Nunc Evangelii quisque prædicator ita debet in ecclesia laborare, ut defuncto fratri, id est, Christo suscitaret semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At verò qui electus ab ecclesia ministerium Evangelizandi renuerit, ab ecclesia ipsa merito, digneq; contemnitur. Qui enim & sibi prodest, & ecclesie, bene intelligitur utroque pede calcatus. Unde illud [Quam speciosus h. pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona.] Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, discalceati illius non figuratum significabit, sed in se impletum portabit opprobrium.

¶ Hic verba beati Augustini, & in summam redacta, & interduo mutata sunt, quod alius etiam loci est adnotatum.

¶ Evangelizandi] Sequatur in virgatu, & baptizandi: quæ sunt expuncta, quæ in manuscriptis non leguntur, sicut neq; in originali.

C. IX. *¶* Locis regimini suis desiderantibus est negandus, ita fugientibus est ostendendus.

Item Gregorius Papa in regello, lib. 6. epist. 3. sive capite 169. Cyraco Episcopo.

In scripturis de vestris vos magnopere requiemus, quæ narratis: sed per hoc ad pastorem sollicitudinem vos congruè venisse ostenditis: quia, sicut locus regimini desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus. ¶ Et sicut scriptum est, [Nec quilibet sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:] & rursus idem prædicator egregius dicit. [Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit:] & pastori sanctæ ecclesiæ dicitur [Simon Ioannis amas me? Pascere oves meas:] ex quibus verbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oves renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime amare. Si enim unigenitus patris pro explenda utilitate omnium de secreto patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus utilitati proximorum? ¶ Quæ itaque nobis ex corde apperenda est, & tamen pro multorum luero aliquando postponenda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere; ita, si delit, qui prædicat, occupationis onus libenti necesse est humero h. subire. Quod ex duorum Prophetarum opere docemur, quorum unus prædicationis officium vitare conatus est, & alter apperit. Nam mittenti se Domino Hieremias respondit, dicens. [Aha, Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.] Et cum omnipotens Deus personam ad prædicandum quæreret, dicens. [Quem mittam, & quis ibit nobis?] ultro se obtulit Elsas, & dicens. [Ecce ego: mitte me.] Et ab utroque exterius diversa vox prodiit, sed non à diverso dilectionis fonte manavit. Duo quippe sunt præcepta charita-

a Deuter. 31. *b* Esai. 52. Rom. 10. *c* Ivo p. 1. c. 210. *d* al. scriptu. *e* Heb. 3. Num. 25. *f* 2. Cor. 5. *g* Iona 21. *h* al. amara. *i* Hier. 1. *k* Esai. 66.

quæ sepe clamoribus ad gratiam, aut ad pretium fortasse excitatis, moveri solet: vel ex ipsis etiam sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum ad hoc iudicet, nisi si cui dicitur, et petenti à Domino revelatur? sicut & Deus dicit ad Moysen b. [Assume ad te ipsum Iesum filium Nave, hominem qui habet Spiritum Dei in semetipso, & imponet manus tuas super eum, & staret eum coram Eleazaro sacerdote: & præcepta ei dato in conspectu totius synagoga, & præcipe de ipso coram eis; & dabis claritatem tuam super illum, ut audiât illum filii Israël.] Audis evidentem ordinationem Principis populi tam manifeste descriptam, ut penè expositione non egeat? Nulla hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquus agrorum & prædiorum relinquitur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso Spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moysi valde notus, & familiaris sit: id est in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eum audire filii Israël.

C. XVII. ¶ *Non ex favore, sed ex iudicio debet venire electio.*
Item Gregorius clerico & civibus Neapolitanis, lib. 7. epist. 40.

Nec novum, nec reprehensibile est, in eligendo Episcopo populi se vota in duas partes dividere: sed græve est, quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex solo favore venit electio.

Cum autem gubernatio populi ei tradi subeatur, quem Dominus elegerit, datur intelligi, quod aliquando quibusdam traditur, quos Dominus intelligit.

C. XVIII. ¶ *Non ex arbitrio Dei aliquando datur Princeps ecclesie.*
Unde Hieronymus d.

Ardacter fortassis aliquid dicimus: tamen quod scriptum est, dicimus. Non semper Princeps populi, & ecclesie iudex per Dei arbitrium datur: sed prout merita nostra depolunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini, datur nobis Princeps secundum cor nostrum. Et hoc tibi describitur probabo. Audi namq; quod Dominus dixit: [Fecerunt sibi Regem, & non per me: Principem, & non per consilium meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo, quem utiq; ipse Dominus elegerat, & Regem fieri iusserat. Sed quoniam non secundam voluntatem Dei, sed secundam peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri: quod pro meritis populi, aut in verbo & opere potens à Deo tribuitur rectos ecclesie: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis ecclesie iudex datur, hab quo famem g. & sitim populus patiat: non famem panis, neque sitim à aqua, sed famem audiendi verbum Domini.

¶ Domini.] In vulgati sequelatur, & tales perverentes que sunt in multa auctoritate manuscriptorum, homilia i. p. 1. & glossa ordinaria: In uno autem manuscripto sunt glossa interlocutorum.

C. XIX. ¶ *Non sunt filii, sed mercenarii qui honorem ab hominibus appetunt.*
Item Augustinus tractatu 46. ad c. 101. Item.

Sunt h in ecclesia quidam præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit [sua] quærentes, non quæ lesu-

a ad augustinum, aut pretio fortasse excitata. b Numer. 27. c Anst. l. 6. c. 5. Poly. l. 2. tit. 1. Sup. si ergo. d Origenes hom. 4. in lib. Iudicum, & glossa ordin. ad cap. 4. Iudic. e alii populo. f Q. 1. g Amos. h Anst. l. 7. c. 46. i Phil. 2.

Christi] Quæd est [sua] quærentes? non Christum gratia diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc servitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, & inter filios se non computat.

Non ergo qui proficiuntur, semper ceteris meliores intelliguntur.

C. XX. ¶ *Ex electione non proficiuntur Episcopi, sed comprobantur.*
Unde Hieronymus ad Titum 2. c. 1.

Illud inferendum est ad verum eos, qui de Episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores sint, quicumque Episcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quod ipsi electi sunt, se magis existiment comprobatos: sed intelligant propterea b quosdam à sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impediunt: si autem peccata filiorum iustum ab Episcopatu prohibent, quanto magis unusquisque se considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore, quam onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare?

C. XXI. ¶ *Pro gradu suo officii quemq; meliorem esse oportet.*
Item eisdem ad Titum c. 3.

Qualis enim edificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse majorem? Unde non solum Episcopi, Presbyteri, & Diaconi debent magnopere providere, ut cunctum populum, cui præsentent, conversatione, sermone, & scientia præcedant, verum etiam & inferior gradus, exorcista, lectores, aditi, acolythi i, & omnes omnino, qui domui Dei servant: Quia vehementer ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse, quam clericos.

i ¶ [Acolythi] Est hæc distinctio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, qua tamen apud B. Hieronymum non legitur.

C. XXII. ¶ *Populus iudicabit Episcopum sua officia non agentem.*
Item ad Titum d. cap. 1.

Veror, ne quomodo Regina e Austri, veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines temporis sui, & viri Ninivæ acta poenitentia ad prædicationem Ionæ condemnabunt eos, qui majorem Ionæ Salvatorem audire contempserunt, sic plurimi in populis Episcopos iudicent, subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea quæ Episcopo non conveniunt exercentes.

C. XXIII. ¶ *Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet.*
Item Ambrosius in increpatione ad populum, serm. 32.

Quid autem ego vos arguo, cum possitis me uno sermone convincere? convincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possim corrigere filios, cum fratres emendare non possim? aut quæ fiducia succenscam laicis, cum à confortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem, fratres, non de omnibus loquor: sunt certe quidam devoti, sunt & alii negligentes. Ego neminem nomine conscientia sua unumquemq; conveniat.

C. XXIV. ¶ *Episcopo ad salutem non sufficit moribus & vita populo adæquari.*
Item Beda super Mattheum f.

a In coram. ad eum locum, [Si quis est sine crimine.] b Sap. 6. c In comm. ad locum, [Nemo te contemnat.] d In comm. ad eam verba, [Sed hospitaliter.] e Matth. 12. f Simile quiddam dicitur operi imperfecti, in Matth. hom. 40.

Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide vel adibus adaequemus, quibus sacris literis unica est credendi pariter & vivendi regula & praescripta.

Ne ergo (ut supra dictum est) tales sui officii successores aliquis sibi quareat, probentur Episcopi alteram pro se successorem sibi statuerent designati in locum suum subrogare.

QVÆSTIO II.

Quod autem amicorum patrocinia in aliquorum electione conualescere non debeant, auctoritate beati Gregorii Papae probatur, qui in secundo libro Regesti, indid. II. ep. 22. seu cap. 67. scribit Antonio Subdiacono dicens.

C. I. ¶ In electione Episcopi non numerum dato, nec aliquorum patrocinia conualescant.

Illud b quidem pra omnibus tibi cura sit, ut in hac electione nec datio quibusvisque modis interveniat praemiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia conualescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reverentia exigente, compellitur: si quod fit, ut & res illius mirantur ecclesia, & ordo ecclesiasticus non servetur. Talem ergo, te admonente, personam debent sibi eligere, qua nullus incongruus voluntati deserviat, sed vita ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inventiri.

C. II. ¶ In electione antistitis communi utilitati, non suo lucro quisq; prospiciat.
Idem ad clerum Mediolanensem, lib. 2. indid. 31. epist. 29. seu c. 62.

Dilectissimi e filii, officii nostri censura commoniti suademus, ut in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum, neglecta utilitate communi, suo lucro prospiciat: ne, si quisquam propria commode appetit, frivola astantione fallatur, quia nec libero iudicio praferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes igitur, quae cunctis expediunt, ei quem vobis divina gratia praetulerit, integritam semper in omnibus obedientiam praebere. Iudicari namque a vobis ultra non debet semel praeratus: sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est.

QVÆSTIO III.

Quod autem simoniacus habendus non sit, qui post electionem pro indignitate ecclesia iuramentum praestitit facile probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum facere, vel se futurum pacisci, ad hoc ut eligatur: aliud est, nullo precedente conventione post electionem huiusmodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam minus impensum deicit: hoc autem commorando nullum impedimentum generat.

De priori casu scribit Pelagius Papa clero Catinensi.
C. I. ¶ Qui in Episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat.

Talia d quidem jamdudum ad fratrem & Coepiscopum nostrum Eucarpum de visitatione Carinensis ecclesiae scripta direximus, ut in eis iudicium nostrum potius agnosceret. Veruntamen, quia quosdam ibi non sana intentione, sed pravis studiis, dissensiones suscitare, vestra etiam relatione cognovimus, qui scientes se ad Episcopatum nec aetate, nec scientia, nec virtute meritis, posse perducere, ad hoc tantummodo inquietate ecclesiam volunt, ut sibi de his, quae ex ipsa

a Sup. Apostolica. b Polyc. l. 3. tit. 3. l. 1. p. 5. c. 129. c Polyc. ibid. l. 1. p. 5. c. 130. d Anf. l. 6. c. 40. Polyc. l. 2. tit. 3.

praesumpta sunt, impunitatem futuram promittit Episcopus, & fiat rapina securitas, Episcopatus ambitio, haec etiam vos diximus commonendos, ut decretum in Elpidium Diaconum factum, & subscriptum ab omnibus quos vestra relatio designavit, ad nos eum praedicti litatoris epistola, & cum eodem Diacono mature sit propinquate, perducere. & post pauca. ¶ Cum igitur haec filius noster, magnificus vir, Leo prator, venisset, ac nobis de singulis, quae ibi mora sunt, & quomodo vos prope totius civitatis in Elpidio Diacono concordaretis. Unde quia de memorati viri testimonio dubitare non possumus, idcirco, sicut dictum est, Elpidium Diaconum ad nos facite propere, nec expectetis ulterius, ut admonitio ad eum nostra debeat destinari. Quae tamen hoc per vestram dilectionem in praesenti iustissime specialiter admonemus, ne cui se aliqui dote, vel aliter esse promittat, sed neque de ecclesiasticis praerogativis causis aliquam securitatem cuiquam audeat facere, siue promittere, aut quasi factus Episcopus ea quae direpta sunt non repetat, sed apud eos, a quibus direpta sunt, permanere libere patiatur: sciens, quod si non aliquid fecit, vel fecerit, nec a nobis omnino permittitur, valere ipsa promissio, & cum iudicii nostri, quod de his habuimus, damno, pastoralis consecrationis officium promereri non poterit. De secundo vero casu in isto Pelagii secundi legitur.

C. II. ¶ Post electionem pro indemitate iurata, licet electio iuramentum praestare.

Artaudus Arelatenfis i Episcopus, Narbonensis ecclesiae suffraganeus, Romam consecrandus ad Bonifacium Papam Urbanum venit: suus quippe Archiepiscopus eum, consecrare volebat, quoniam post electionem suam propter bona ecclesiae conservanda canonice iuravit. Consecratus itaque est a Domino Papa Urbano, ante purgatus huiusmodi iuramento. De iuramento, quod canonicis nostrae ecclesiae feci post electionem, nullam conventionem ante, ut eligeret, feci. Narbonensis vero Archiepiscopus, nullius, praeter id, criminis causa, consecrationem nostram omnimode, me sciente, neque mihi criminis conficius sum, propter quod a facta e iunctione repellat.

¶ Arelatenfi In manscriptis etiam sic habetur. Sed sum est subesse mendum, quia hic Episcopus vocatur suffraganeus Archiepiscopi Narbonensis: in concilio autem secundo Arelate refertur ad provinciam Viennensem. Et quoniam Galobus Durandi in speculo de auctor. & uso pallii, hoc eum, ut dicitur, Arelatensem Archiepiscopum subesse Narbonensi: etiam Ioannes Andrea in notis ad illum locum expresse scribit, in concilio non agi de Arelatenfi Archiepiscopo. Et probatur etiam, quod Electens, qui verus est suffraganeus Archiepiscopi Narbonensis, non rapie scriptum fuisse, Arelatenfis.

QVÆSTIO IV.

Quod autem clericus ante sententiam tempus ad Episcopum discedere non liceat, probatur auctoritate Symmachii Papae, dicens.

¶ Symmachii. ¶ Citatur libellus Eusebii, nomine Symmachii Papae, cuius reddita est ratio sup. distind. 31. omnia. & 44. non nos.

C. I. ¶ Ante tempus sententia non licet clericis ab Episcopo suo discedere.

Nonne d directa sunt verba canonum I. [Quoniamque clericorum ab Episcopo suo ante sententiam tempus pro dubia suspitione discesserit, manifestum est eum manere censuram?] & infra. [Lex ecclesiastica

a al. iterari. b Emendatum est hic locus ex Anselmo & Polycarpo. c al. sacerdotum me repellat. d l. 1. p. 1. c. 340. & 341.

